

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2198

**Auteur(s) :** Raoul d'Anéeles [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Richard Au Château [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Michel Au Château [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1278, décembre

**Lieu d'émission :** Cintheaux

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

« Vez ci la vente que Raoul de Neeles a faite a Ricart es Castriz(analyse du milieu du XIV<sup>e</sup> s.) ». Raoul d'Anéeles concède en fief, à Richard et Michel « As Castris », un tenement de Jean le Redde, affranchi de tout droit de mouture et de service du moulin de Clarel, pour 6 libres tournois.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Saige Gustave, *Cartulaire de la seigneurie de Fontenay le Marmion*, Monaco, Imprimerie de Monaco, 1895, n° CXVI, p. 156-157.

Texte établi d'après a

Noverint universi quod ego Radulfus de Aneelis, filius Radulfi de Aneelis, concessi et presenti scripto confirmavi Ricardo ad Castriz et Michaeli, fratri suo, et Haysie, matri sue, quod ipsi et eorum heredes tenebunt et possidebunt tenementum Johannis le Redde et sua herbergagia et omnes terras suas, ubique sint, de meo feodo, bene et in pace, libere et quiete ab omni mouta et ab omni servicio molendini mei de Clarel. Item ego confirmavi et concessi Ricardo et Michaeli, fratribus et Haisie, matri sue, quod ipsi et eorum heredes poterunt emere et se crescere in meo feodo, quocienscumque poterunt facere sine contradictione aliqua mei vel heredum meorum de cetero facienda. Et sciendum est quod omnes terre quas de cetero in meo feodo poterunt aquirere, dictus Ricardus et dictus Michael, frater suus, et dicta Haisia, mater eorumdem et sui heredes erunt ab omni mouta et ab omni servicio molendini immunes et penitus absolute. Et item sciendum est quod ego dictus Radulfus vel heredes mei in herbergagiis dictorum fratrum et dicte Haisie et in terris suis vel in tenemento Johannis le Redde que herbergagia et que terra et quod tenementum sunt de meo feodo, seu in terris quas poterunt de cetero aquirere in meo feodo, non poterimus aliquod dominium de cetero reclamare nec aliquam justiciam exercere nisi tamen modo pro tribus auxiliis consuetudinariis ; et quando dicta auxilia exciderint, predicti Ricardus et Michael et dicta Haisia et eorum heredes debent reddere et pagare duos solidos turonensium tantum modo et non plus. Pro hac concessione et confirmatione a me facta, dicti fratres et dicta Haisia dederunt mihi sex libras turonensium in pecunia numerata. Et ego et dictus Radulfus et heredes mei omnia ista, prout superius dividuntur in presenti scripto, garantizare et deliberare in omnibus rebus debemus et tenemur erga omnes gentes, vel alibi in nostra propria hereditate, ubique sit, ad valorem, si necesse fuerit, excambire. Quod hoc autem sit firmum et stabile in perpetuum, ego dictus Radulfus

presens scriptum sigilli mei testimonio confirmavi. — Et hoc actum est anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> septuagesimo octavo,  
mense decembris, coram parochia sancti Germani de Sainttellis.